



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An præter satisfactionem Christi, sit alia necessaria ad salutem. tit. 121

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

auferendas has pœnas temporales faciunt hæc me-  
dia, atq; etiam alia in commoda, &c. propter Christū  
tolerata, Et Christi satisfactio à culpa, per hæc media  
nobis distribuitur.

*AN PRÆTER SATISFA-*  
*ctionem, Christi, sit alia necessaria*  
*ad salutem.*

## TITVLVS CXXI.

**N**otandum primò, quòd de satisfactio-  
ne pro peccatis, duplī modo differi-  
tur. Primò coram Deo, subindè co-  
ram Ecclesia & proximo. Satisfactio,  
quæ coram Deo tollit & satisfacit pro  
pœna & culpa, sola victima & mors Christi est, in il-  
lum posuit Deus omnia peccata nostra, Esa. 53.1. Ioā.  
2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Roman. 3.  
Paulus qucm constituit propitiatorem in sanguine  
suo, &c. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento  
&c. De hac satisfactione nullus ynquam Catholicus  
Christianus dubitauit. Nam si homo potuisset satisfa-  
ctio pro peccatis, non indiguisset Christo. Gala. 2. Si  
ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est.

Secundò, docetur de satisfactione coram Ecclesia  
aut proximo, vt reconcilieris proximo ante omne  
munus tuum, id est, ante confessionem, orationem,  
elemosynam, cōmunionem, de qua loquitur Chri-  
stus Matthæi 5. Vade reconciliari fratri tuo. Hæc sa-  
tisfactio sic est necessaria ad salutem, vt nisi hanc fa-  
ctias, & reconcilieris, non profutura sit tibi Christi  
satisfactio. Hæc enim nostra medium est, per quod  
Christi satisfactio apprehenditur: non tribuimus  
huc nostræ remissionem, sed solum, quod nobis  
Christi remissionem reddit efficacem. Sic si quis pro-  
ximo abstulit pecuniam, vxorem &cæt, contra præ-  
ceptum

V v 5

ceptum

310 SVMMA DOCTR. CHRIST.

ceptum Dei, Nō furtum facies, Exod. 20. Si defamisti, aut pactum contra superioritatem fecisti. Summa si in aliquo proximū decepisti ut restituas, & sic facias necessarium est ad salutem: Nam sic oramus omnes, Matth. 6. vt Deus nobis sic per suam satisfactionem, id est, Christi, remittat peccata, sicut & nos dimittimus: ergo sit quodcunq; si aliquid aduersum te habet frater Mat. 5. nisi reconcilieris, non proderi tibi Christi satisfactio.

Tertio, docetur satisfactio, scilicet obedientia, quam præstare teneris tuo confessori, qui tibi imponit pœnitentiam, id est, orationem, ieiunium, Eleemosynam, castitatem, &c. que dicuntur digni fructus pœnitentiae, Mat. 3. & Rom. 6. Sicut exhibuitis &c. Hæc valent ad mitigandas pœnas temporales, qaz sæpè Deus ppter peccatum in hac vita permittit, & qua 1. Cor. 11. dicit Apost. Si nosipso diiudicaremus, non vtiq; diiudicaremur: sic Niniuitæ impetrarunt gratiā, Iona 3. Sic quondam erat publica pœnitentia & satisfactio &c. Et de hac satisfactione etiam locum sunt vbiq; Ecclesiæ doctores, August. Chrys. Cyp. &c. Vult Deus remittere peccatum propter Christū, sed non absq; medio. Videant ergo, qui omne medium & opus atque fructus pœnitentiae contemnunt, tanquam inuentū humanum omnia reijcentes. Christus satisfecit pro peccatis nostris &c. &c. Sic ex quo homo communiter tribus peccat, Mente, corpore, & rebus, idèo necessaria est pro peccato mentis, oratio: p corporis, ieiunium: Eleemosyna, pro avaritia &c. Contritione tamen mentis, confessione oris, opere aut satisfactione, nemo meretur satisfactionem, sed distinctionem satisfactionis Christi.

CLAVES AN CHRISTUS  
dedit Petro, an communitati.  
TITVLVS CXXII.

Primo,